

libertatem^{a)}, nec exquiri extrinsecus decuit ad populorum regimen speciem alteram^{b)} creature^{c)}, sed homo prelatus est homini¹⁾, ut gratiorem prelaturam efficeret idemptitas speciei. Porro non ob hoc solum dominos subditis sententia divina prefecit, ut eis dominando preessent^{d)}, sed ut ipsis pacis et iustitiae copiam ministrando prodessent, ut appensis in statera iudicii meritis singulorum condignis dignos prosequantur^{e)} favoribus et in facinorosos exerceant^{f)} debite gladium ultionis. Decet igitur, ut subditi colla humilient mandatis et beneplacitis dominorum eisque debitam reverentiam, ad quam ipsi tenentur, impendant et circa iura ipsorum eis liberaliter exhibenda nostri mandato pareant redemptoris, qui ostensa sibi figura numismatis^{g)} que sunt Dei Deo, et que sunt Cesaris Cesari reddenda constituit et precepit²⁾. Cum enim ex Deo regnent reges et principes principentur, hii, qui resistere terrenis potestatibus moliuntur, manifeste videntur divinis dispositionibus obviare, ac propter hoc celestem contra se iram provocant, dampnificantur frequenter in temporalibus et nonnunquam etiam^{h)} animarum pericula, quod est deteriusⁱ⁾, incurrere dignoscuntur. Cupientes itaque, ut vos iura debite devotionis et fidei karissimo in Christo filio nostro . . pupillo, illustri regi Yspanie, hoc maxime^{1')} tempore, quo ipsum adversariorum suorum tenet carcer inclusum, prompta liberalitate^{k)} ac liberali promptitudine impendatis, presertim cum nos ipsum et eiusdem^{l)} regnum sub nostra et apostolice sedis protectione duxerimus admittendum, universitatem vestram monendam^{m)} rogandam attentius duximus et hortandam per apostolica vobis scripta mandantes ac in remissionemⁿ⁾ peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem regi et karissime in Christo filie nostre . .^{o)} vidue, illustri regine Yspanie, matri et tutrici eiusdem obedientes ac intendentes fideliter et devote, circa defensionem dicti regni nec^{p)} non^{q)} et^{r)} liberationem ipsius regis^{s)} omnem, quam potestis, exhibeatis opem et operam efficacem, nec permittatis eandem reginam dictumque^{t)} regnum, prout in vobis est, ab eorum adversariis

^{a)} folgt sed N ^{b)} aliam N ^{c)} folgt cui se representata (presentata R) per hominem celestis ymago subiceret NR ^{d)} folgt potissime tamen divina misericordia aula (folgt iustitiae Perugia, Bibl. Com. 58) prefecit ad regimen populorum imperium, ut eis dominando preesset N ^{e)} prosequerentur BER
^{f)} exercerent R ^{g)} numismatis Hss. ^{h)} fehlt E ⁱ⁾ dampnosius E; grave, dazu am Rande nachgetragen deterius N ^{i')} maximo E ^{k)} liberatione EN
^{l)} et eiusdem] eiusdemque E, eiusque BN ^{m)} folgt etc.; rogandam — iniungentes fehlt E ⁿ⁾ remissione N ^{o)} C. B, D. NR
^{p)} fehlt E ^{q)} fehlt E ^{r)} fehlt N ^{s)} fehlt E ^{t)} et dictum E.

¹⁾ Vgl. Kantorowicz, Erg.-Bd. S. 106 f.

²⁾ Vgl. Matth. 22, 19—21, und Kantorowicz, Erg.-Bd. S. 79.